

pe ad uirtutes, ut uocantur, intellectuales eam pertinere, adeoque, definiente STAGIRITA, (c) habitum cum recta ratione actiuum circa ea, quae homini bona, uel mala, sint, siue, ut alii malunt, nominatimque LIPSIVS, (d) intellectionem et electionem rerum, publice priuatimque expetendarum, aut fugiendarum, denotare, ne tyro quidem Philosophiae, nisi turpiter, ignorat. Id tantum dolendum est, quod etiam nunc multi subtilem potius prudentiae explicationem uerbosamque disceptationem, quam rectam fructuosamque eius praxin docere, aut discere, soleant, adeoque in hac philosophiae praestantissimae parte perinde, atque in ceteris, figillatimque in doctrina de uirtutibus, magis erudite loquendi, quam recte uiuendi rationem persequantur, eoque ipso iustam conquerendi causam uiris probe doctis (e) praebeant. Quid uero *Apo-*
demica

plexum partes, attentionem, seu prudentiam, stricte sic dictam, circumspectionem, prouidentiam et discretionem, uide de hac significatione ARNOLD. GEVLING. in Ethic. tract. VI. p. 393. PHILARET. (seu, uero nomine, CLERICVS, aut, aliorum opinione, BONTEKOE) Lib. I. Ethic. Cap. XII. p. 13.

(c) Lib. VI. Ethic. Cap. V. et VIII. ubi describitur, quod sit ἐξίς μετα λόγῃ ἀληθείας πρᾶκτικῆ περὶ τὰ ἀνθρώπων ἀγαθὰ καὶ κακά.

(d) Lib. I. Politic. Cap. VII. §. V. seqq. ubi etiam definitionis huius explicationem affert, cum qua conferri possunt annotationes REINHARDI in theatro prudent. elegant. ad h. l. p. 304.